vulneratur et si clamore proclamaverit et maior compareat violentus seu probus et conqueratur iudici et hic non potest 29
nec audet pre imbecillitate sui corporis tunc comparere et imposterum tunc eadem die compareat et conqueratur iudici et scabinis et ostendat sua vulnera et protestet per hos qui suum clamorem audierunt quod inimici contencionis sue adversarii sunt et non suum et quod ipse defenderit in defensione sue vite ipse acquirit querimoniam primam Sed si procrastinabit extra hoc fieri non potest

28 Si duo se de stirpe Sclavonica mutuo vulneraverint iure municipali

Quod si duo se vulnerant mutuo in iure municipali qui ambo processerunt de stirpe Sclavonica et in Sclavonico non sunt compareat unus et conqueratur in Sclavonico ydiomate alium non oportet respondere si sibi placet nisi conqueratur in eo ydiomate quod sibi innatum est per ius municipale

De causa de qua promittitur coram iudicio

Quod si duorum virorum questiones dilate fuerint in iudicio bannito coram iudice et de voluntate iudicis et consulum et partium arbitrio utrorumque quod inter ipsos concordia extra iudicium dicitur ordinari nec ultra tamen pace data et si arbitri ad hoc electi de causa intromittant concordandi absque iudicio et querimoniam a modo non repetendo in consulibus iudicialibus Et si alter ex eis imposterum suam querimoniam vellet renovare pro hac causa coram iudicio iste sibi sicut adversariis respondere non tenebitur coram iudicio si protestari potest cum iudice et scabinis quod causa absque iudicio dicitur terminari

30 Si vir alium vulnerat

Quod si se duo mutuo vulneraverint equaliter Alter unus vadat ad iudicem in domum suam et faciat querimoniam Alter veniat ad iiij^or bancos et conqueratur cum clamore scabinis